

ultionem vestram persequeremini, dicitis. non possum parcere, quia hoc est nimis difficile. Si lege lata percipitis, Domine, ut mortalis eos omnes periret labores, quibus ultionis cupidus torquetur, quis eam observaret? quis se omnino id non posse testaretur? quis legem tuam, tamquam tyrannicam non condemnaret? Idem.

Si quis unquam iure suo ultionem exercere potuit, hic sane fuit JESUS CHRISTUS, qui tot iisque gravissimis opprobriis fuerat affectus. Illum videus sine honore, Cruci affixum, inter latrones, nudum, selle potatum, maledictis impetitum, & tamquam hominum abjectissimum habitum. . . . Si magnitudo injurie crevit pro ratione personae cui interitur, non oblivisceris profecto dignitatis, sanguinisque vestri; at ne vos quidem meriti eudem obliviscimini. Ille tandem minime ignorabat quam in re honor versus situs esset, neque falli poterat hac de re ferens iudicium. Vidisti pendens, S. Augustinus ait, audi clamantem. Injuria omnem intelligentis magnitudinem; hac efficit, ut vestra fides ipsa quasi labefacta concutiat. Audi clamantem. Quod ille dicitur est hoc in statu, non jam dicit post acceptum dedecus, sed in ipso injurie fervore, in ipso conyicio, inaccessu mortis turpissimae, vestram procul dubio iracundiam infringeret; Pater dimitte illis. Non ait: O viventium aequae, ac mortuorum iudex, oppresse innocentiae vindex; his ad odium excitandum artificis vobis non indiget; Pater; sed Patris utitur nomine ad illius benevolentiam excitandam, & id, quod petit facilius adsequendum. Dimittite illis: Dimittite prodionem, perjurium, calumnias, vitium, invidiam, denique infamiae, quod perpetravit, Deicidium. Pater dimitte; omnia hac obliviscere crimina, quorum sola species tuam iram existimulat, & id unum cogita, te meum Patrem esse, & te a moriente Filio rogari. Illi; sed quoniam illi? Populo huic ingrato, quem omnibus terrarum gentibus praetulit, Judae, qui me prodidit, Phariseis, qui me tradiderunt; Pilato, qui me morti adjudicavit; Herodi, qui me sicutum censuit; carnificibus, qui me cruci affixerunt. Pater dimitte illis. Nescitis enim quid faciunt. Sceleris sui magnitudinem nescitis. Hae, o Christiani, ultio est, qua Deus vestre mortem suam profectus est pro inimicis preces effundens. Idem.

Quandam parces? Cur non statim, in ipso Templi exitu? Expectas ne, quoad mors iracundiae tuae finem iniicias, ac odium tibi in corde deprehendat? Cur differis? Cur vulneri virus addis? Quisquis pacem differt, occasionem querit nunquam ignorandi, S. Augustinus ait. Hic accidit, inquit S. Chryostomus, ut in ore, quod motum est, quod statim facile suo redditur loco, at si multum temporis elabatur, majori cum difficultate medica manus adhibetur. At enim jam pridem invicem non occurrimus, neque nos videmus. Quid ergo! putatis ne, odium prescriptionem habere posse, & inimicitias legitimas fieri, eo quod inveteratae sunt. Quenam haec coram Deo excusatio! Sed contra quenam edificatio proximo cedit, cum illi, quorum similitudinem tantum civitatem scandalum afferbant, ad officium redeunt, atque invicem reconciliantur. Idem.

Dei Filius ea in oratione, quam quotidie effundimus peccatorum nostrorum veniam exoraturi, haec inseruit: Dimittite nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris: ita ut fidelis, qui aliqua fuit affectus injuria, & qui illius ultionem exquirat, inimico suo parcere detestans, hanc Orationem proferens Deum rogat, ne sibi parcat. Hae oratio orantis fit condemnatio; & Deus illi secreto dicit: Ex ore tuo te iudico. Me rogas, ut tibi parcam, quemadmodum parcas iis, qui te laeserunt; tu autem non vis illis parcere, rogas ergo, ne tibi parcam. Hoc & ego volo; tuis precibus fector, tuam orationem exaudio. Ita cum ultionis cupidus hanc precem effundit, odium adhuc fovens in inimicum suum, Deus profert damnationis eius sententiam. Ita, S. Chryostomus ait, vult Deus, ut a nobis ea pendeat venia, quam nobis concessurus vel negaturus est, atque in nostra manu statuit eam sententiam, quam aliquando est prolaturus. Auctor Neotericus.

Neque Socratis, neque Moysis disciplina, neque Philofohia, neque Lex antiqua veritatem hanc cognoverat. Praecipue diligendi inimicos est novi Testamenti; mandatum hoc adeo sanctum non nisi ex Ecclesia Dei emanare potuit, adeo supra

Parcendum est exemplo JESU CHRISTI.

Ultionis cupidus Dominicae orationem recitare non potest, quia se ipsum condemnat.

Amor inimicorum proprie est i. c. disciplina.

hominem positum est. Itaque illius auctor est JESUS CHRISTUS, hic ore proprio nos edocet, Matth. 5. Ego autem dico vobis: diligite inimicos vestros. Hae verba sunt Salvatoris mundi, haec nostra fides, nostrum Evangelium, nostra disciplina, ac verus Religiois nostrae character. Alia Christianae Religiois nota, pietas, poenitentia, spes in Deum, humilitas. ipsam quoque Martyrium aequiva erunt fortasse; at unius inimicorum amor ambiguus non est; per hunc tantummodo versus Christi fidelis distinguitur; & qui Fidem amplectitur, subit onus diligendi perfectorem diligendo perfectionem. P. Rapin in libro de Christianae Religiois Spiritu cap. 2.

Cum Mundus in eo collocet dignitatem suam, si minime pepercerit, atque ultionem ipsam loco virtutis habeat; cumque in eo positus firatissimus Christianae perfectionis apex, ut inimicum suum diligat, hac in re Christiani hominis caritatis praecipue debet enitescere. Philofohia hujusce evadere nondum potuit; & hoc in Christiana fide majoribus difficultatibus, quam caetera obnoxium est. Sed postquam JESUS CHRISTUS hac in re nobis suam voluntatem aperuit, & exemplo, & verbo; Christianus omnem debet iracundiae sensum, omnemque naturae infirmitatem exuere, ut illam sibi dimittat injuriam, si tamquam Christianus velit operari. Verum est inter gentilitatis tenebras quandam veluti umbram hujus virtutis Ethnicis assidue; cuius quidem in insignioribus illorum, rebus gelis radia apparent vestigia; verum enim vero si intus, & in cute haec omnia explore velimus, ob quemdam jactantiae, & vanitatis spiritum illos pepercisse patet; eorumque clementia non aliud erit quam secreta superbia, factum, & existimationem requirit. Christiana vero clementia e contra non aliud querit, quam illius utilitatem, cui parcat, & nihil magis, quam vanitatem perhorrescit. Idem cap. 3.

Quid dicam de aeternis odiis, inveteratisque asperionibus, quae tanto cum scandalo foventur? Cum eo, a quo laesi fuimus, loqui non possumus, immo illum ne oculi quidem patiuntur, & credimus iustam esse iracundiam eo, quod fuimus laesit. Quid hoc magis adversatur Spiritui Religiois, qui nullum pati potest teporem, nullam frigiditatem? Ipsam etiam conscientiam nostram fallimus, ubi odia, atque simulatas innumeras credimus, nos nequaquam odisse, neque velle mala illi, a quo detrimentum fuimus affecti; sed ubi huic adversitas ulla congerit, praesentia exultamus; cumque dicimus: Illum non odii, sed eum videre non possum, neque ullam cum eo necessitudinem pati: hoc illum Christiana prosequi charitate vocatur. Idem cap. 6.

Amor, quo Filius Dei homines profectus est, nunquam magis, quam in eposidem passione eluxit: quippe illa eadem nocte, qua homines contra vitam illius conjurabant, clementissimus ille Deus id unum cogitabat, quomodo hominibus charitatem suam testaretur. Sacratissimum corpus suum illis in animum cibum tradidit eodem tempore, quo unus e discipulis suis per summum nefas eum inimicis prodebat, a quibus erat crucifigendus. Moritur autem opprobriis, & contumeliosis oneratus, cumque de tribunali ad tribunal raptus fuisset, a suis derelictus, desertus ab omnibus, non sine gravissima infamia nota cruci affixus inter tetras carnicum blasphemias moritur; sed ea moritur animi tranquillitate, suavitate, patientia, silentio, pace, ut carniciferae ipsi mirarentur. . . . atque inter mortis crudelissime turpissimaeque funestis horrores, licet tristitia, & amaritudine confectus non aperit morientes oculos, neque illos sursum ad Coelum attollit, nisi ut Patris sui misericordiam imploret pro illis, a quibus male torquetur; sanguinem suum effundit, ac moritur pro impiorum, a quibus cruci affigebatur, salute. O magnam charitatem humanis mentibus nunquam satis percipiendam! Jure affirmabat S. Chryostomus, maximum Divinitatis JESU CHRISTI argumentum fuisse, quod eos eriam, a quibus eneabatur, diligeret; oportet enim Deum esse, ut hoc modo, qui adeo hominis captum excedit, diligere valeat. Idem cap. 1.

Insignis quidam vir egregia sanctitate conspicuus, licet injuria ab inimicis suis damnaretur, dicere consueverat, illis fortasse secretam aliquam rationem adesse, cui nihil fortasse habuisset, quod responderet, si hanc tibi aperire voluissent. Hoc

J. C. nobis praebuit exemplum amoris inimicorum.

Excusati possunt inimici ob id eriam, quod nos persequuntur.

saue est illum perfectionis apicem attingisse, quem elapsa retro sacula minime cognoverunt. Patientiae vocabulum non satis est amplum ad egregiam hanc animi lenitatem, quae omni penitus care e exemplo irritanda. O vos, quos minima quacumque irritat injuria, & qui levissimas ob causas interecina odia, nunquam intermiserunt, suscipitis; vos, quos nulla unquam lenire potuit vinolenta, insigne hoc tandem exemplum intuiti, rubore suffundimur, ac vosmet aequiores, mitioresque praedete. Desumptum ex Auctore Anonymo, & Neoterico.

Inimici diligendi sunt ex animo, neque ii imitantur, qui quodammodo sibi vim asserunt, ut Deum pro inimicis suis deprecantur, & qui id meditate faciunt, non ex vera animi propensione, ac ea voluntatis plenitudine, quam Dei Filius exposcit: Nisi remiseritis unusquisque fratri suo de cordibus vestris. Illi inimicos suos ore potius amant, quam corde. Non vult Deus, illos a nobis invidis anari, atque peccato odii inanem gloriam fictitiae charitatis adjungi. Scrutatur ille, ac penetrat cordis nostri laebras penitiores, & quemadmodum per Apostolum suum dixit homicidam esse, qui fratre non suum dicit, inter Christianos ingentem conficit numerum homicidarum, quorum quidem manus innocuae sunt, cor vero atro veneno perfasum. Liber cui titulus, Vita Sanctorum veteris Testamenti, in vita sancti Patriarchae Joseph.

Ut intelligas hanc Religiois legem cum naturali aequitate consentire, haec tecum considera. Si fas esset cullire ultionem persequi, quam late in rebus publicis, atque imperiis mala grassarentur? Judices essent sine imperio, Magistratus sine autoritate, societates sine disciplina, urbes sine regimine. Cum enim ultio semper acceptam injuriam excederet, omnia iniustitia repleretur; cumque in ea, quae exigitur, reparatione, semper injuria gravior ultione ipsa haberetur; semper inter homines ira, furor, quae debacharetur. Crebra cum aggressor semper ius sibi esse putaret contra illum, quem aggressus est, fieretque iudex in causa propria; nonquam gratia refarci possent, nemo penes se injuria esse nallet, atque inde in familiis irreconciliabiles inimicitiae, & in conjugis divortia proficiscerentur. Ad hac si privato cuicumque liceret ultio adversus patrem, vel inferiorem, licere quoque deberet in superiore. Quam tunc esset rerum omnium perturbatio! quis Juxta pro tribunali suo dicere audeat? Quis enim le jure da nantur existimaret? Quis Magistratus &c. atque proinde quomodo omnia suscipere deique pernicerentur? Ultiones quotidie percerebrent; mundus nihil amplius esset, quam furentium cetus; le nec sibi invicem inferentium, atque alterius alienum meditantium interitum, ac in id intentorum, ut via n fibimet ultra citroque exitum inferendi quaerent. In Sermone, qui P. Massillon attribuitur, Sermon de injuria unum venia.

Hocine improbatum insolentiam probare, violentiam, atque impotentiam, & contumelias invenire putabitur, eam legem statere, quae tot prohibere mala, quae familiaris requiem, quae publica pacem procurat, atque ubique rectum ordinem, atque consensionem constituit? O pii, atque sancti homines primorum temporum! numquid inter vos turbae, atque inimicitiae vigeant? numquid inter omnia unam tantummodo animam, cor unum efficiat; eadem cogitationes, eandem voluntatem, sensus eosdem. Hae lex charitatis omnes conditionis inaequalitas obfisteret, justitia, & misericordiae qualitas in ipsis dominabatur. Nulli eant inimici, nulla vindicta, nulla iracundia. Hoc hodie quoque venia lex gigneret, si diligenter observaretur. Idem.

Cum inimicus tuo gaudet excidio, teque supplantat, ut de acquisitione honorum gradibus deciderat, cum alius deactionibus suis omnem tibi abrogat fidem, & existimationem, atque fortunam tuam, quae uni fortasse nominis tui fama innitebatur, subvertit, si in illum irasceris, ne tu quidem vehementer erras. Non illi accepta referenda sunt ea, quae tibi mala cedunt, sed illo utitur Deus, vel peccata tua puniturus, vel probaturus virtutem. Horum infortuniorum causa in terris quaeruntur, cum eorum auctor in caelis sit; atque illic ea egrediatur invisibilis manus, a qua percuteris. Sursum oculos attolle, ac intelliges Deum

esse, qui inimicorum suorum passionibus utitur, ut per eorum convicia numeris. Idem.

Numquid JESUS CHRISTUS mortem suam tamquam opus iniquitatis inimicorum suorum respexit? numquid in illos culpam omnem reiecit? quin immo nonne carnicifera ipsos excusavit, quasi ignorarent id, quod faciebant? Serrissimum hanc necem non alium esse putavit, quam amarum calicem, sibi ab aeterno Parente ab ipso saeculorum primordio praeparatum. Talis etiam fuit iustorum sententia erga illos, a quibus saevissime torquebantur, & ea venerantur flagella, quibus a eos plectendos Dominus utebatur. Primi Fideles reverebantur manum peccatentem; Caesarum potentiam Religioni insensissimam colebant; & gladius fratrum suorum errore imbutos tamquam gloriae suae instrumentum, & divina erga eos misericordiae notas spectabant. Denique primi illi Christiani nullus erant inimici, Tertullianus ait, atque mortales omnes indifferenter diligebant. Tui illos docuisti, Domine, homines quantumvis infesti sint inimici, nihil tamen in servos tuos posset; nisi illis desperare potestas fuerit collata. Fidelis igitur in terris exagitatus in acceptis contumeliosis amicum manum spectare debet, quae ipsum percuteret, & humiliare conatur, ut eundem priorem, atque gloriosorem enociat. Idem P. Massillon.

Quorum autem reos imitari Salvatoris de Erubescere Cruce pendens exemplum, atque pro carnicifera non alieno suo corpore fluentis ultionem miserum hominum, ad quos redimendos in terras delapsus est, extinguere non poterit? Cur hoc lancea vulneratum, lethali butique plagis confossum nequit Fidelium cor erga fratres ipsorum aperire? Hae innotens lingua novissimum conatum exteris caruit cum saltem ex aeterno Patre petitura non excitabit JESU CHRISTI discipulos, ut leves injurias dimittant? Idem.

Ad sedandam in Christiano viro ultionis cupiditatem, illi quidem sufficeret dicere, mea sententia tibi a te laesitissus fuit, & inde percipies, quatenus debeas fratri tuo sensum, a quo injuria affectus fuisti? Peccans Deo injuriam attulisti; ideoque factus es ultionis eisdem obiectum, a justitia ipsius pendes arbitrio, ac ille te plectere potest, ubi eidem placuerit. Nonne verum est, te ex animo cupere, ut tibi parcat Deus? tibi maxime sollicitudinis causam esse, quod de ipsius erga te misericordia dubitare teneris? te nullam pacem invenire posse, donec ille tibi fuerit inimicus? Te irritavit frater tuus contumelia; tu vero illi parcere detrectas; vix intelligere possim, quomodo ex corde veniam optare possis, qua indiges coram Deo, atque simul obstituto, obduroque animo negare veniam, quam debes. Numquid aliqua causa est, propter quam Deus se tibi praeberet indulgentiorem? numquid in uria, cujus ultionem persequeris, illa gravior est, cujus ultionem expavesces? Vis, Deum oblivisci sceleris tui, tu vero hominis errorem oblivioni tradere negas? Tanta est sensuum tuorum confusio, ut inde fati indignitatem tuam percipere valeas. Probare possem, iuxta Christianae Religiois principia appetitissime inter se opponi hanc duplicem voluntatem, qua & coram Deo obtinere vis misericordiam, & erga proximum tuum misericordia uti non vis; ideoque tibi negotium minime facessere, utrum Deus ulciscatur, nec ne, cum tu ultionem exoras. Verum satis esse puto ex te quaerere, quomodo nam possis simul conjungere ideam veniae, quam cupis, cum idea veniae, quam renuis. Liber, cui titulus, Considerationes in varia Religiois, ac morum disciplinae argumenta. Tomo 3.

Dei Filius Dominus est & laedentis, & laesi, ipse A proximi sanginem suum effudit, ipse pro utroque mortuus est. & hoc misericordiae suae testimonio ita utrumque conjunxit, ut cessare a mutua dilectione non possint, nisi ab eisdem amore cessent. Ad ipsum quoque pertinent, neque possunt se se mutuo diligere, quin odio, ac ultro, citroque detrimentum inferre, quin injuriis sint Domino, a quo redempti sunt, & cui eandem debent obedientiam, non satis sunt Deo Filio eos simul conjungere, eodem redimens pretio; se ipsum illis conjunxit vinculis, quae frangi non possunt, quin foedus illius contemnatur, & persona contumeliosis coinquinetur. Se se hominem faciens illos Dei filios efficit, ac ipse factus est frater eorum; ita ut per hanc amicitiam istus, qui

non alieno suo corpore fluentis ultionem miserum hominum, ad quos redimendos in terras delapsus est, extinguere non poterit?

BIBLIOTECA CENTRAL U.A.N.L.

ligere, licet hoc nihil magis necessarium inveniantur. Deus unus hoc nobis imperare potest, & nemo nisi vero Fidelis hoc potest adimplere. Ita videmus Dominum, prout Deum loqui, cum ait Matth. 5. *Ego autem dico vobis: diligite inimicos vestros.* Vox illa Ego magnas rationes continet; innum enim; Ego qui sum Deus vester, qui omnia vobis imperare possum; cui vos obtemperare debetis; Ego, qui mihi vindictam reservavi, quam vobis vindicare non potestis, quin jus meum usurpetis: Ego, qui quod justum est, vobis retribuam, nisi hoc vobis misericordia, nisi hac erga fratres vestros non uti fueritis; & qui erga vos non uti fueritis: Ego, qui adeo gravia scelera vobis dimisi, neque aliud peto, nisi ut leves injurias vobismet ideo citroque dimitatis, Debitores decem mille talentorum, quae dimisi vobis, etiam dimitteis centum denarios fratri vestro, me postulante; me, qui eodem tempore, qui imperio meo vobis praecepto, ut parcat, qui ad id & exemplo meo impello, & adjuro gratia? Me, qui vobis, si pepercideris, aeternam felicitatem polliceor; si reneritis, aeternam calamitatem intendo? Ullum ne adeo ferreum, ac durum est cor, quod his rationibus non molliatur quantumvis frigidum sit, potestine omnibus his flammis minime incendi? *Idem Tomo 1.*

Injuria-
tum veni
acceptum
est
Deo Sacri-
ficium.

Non aliunde melius humana mens intelligere potest Dei, tamquam primae Veritatis auctoritatem, quam cum cogitur per fidem judicium ferre omnibus praedictis suis oppositum, & veritates credere, quae sibi concipi nequaquam posse videntur; nihil similiter adeo palam Dei tamquam primae Legis imperium offendit, quam cum hominem agere cogit contra omnia studia ipsius, & amare, quod amabile non est; immo quod odio penitus dignum videtur; hoc est inimici personam. Deus hoc dixit; sensus; & ratio repugnant; attamen credendum est. Deus hoc praecepit; animus, atque affectus omnes adversantur: attamen faciendum est. Rationis captivitas acceptissimum, perfectissimumque sacrificium est, quod homo Deo, tamquam primae legi possit offerre. Quodvis aliud sacrificium sine hoc, illi displicet atque rejicit. . . Si hoc tibi magno fiat sacrificium, cogita illud offerri Deo, sed illi Deo, qui sese obtulit pro te sacrificium, quod quidem quanto illi stetit impendio? *Idem.*

Exemplum JESU CHRISTI, Hominis Dei, in cruce morientis magis quam cetera nos debet afficere; ibi enim fulgidius ipse nitet clementia; non enim solum inimicis parcat, & carnisibus, a quibus cruci affixus fuit; verum etiam vitam ipsam pro his sacrificat, qui tanta saevitia hanc illi eripiunt, ita ut major sit laesi erga laedentes charitas, quam erga ipsum laedentium sit rabies. *Vide pendentes.* S. Augustinus ait, *audi praecantem.* Vide Salvatorem cruci suffixum, vide illum patientem, vide charitatem erga inimicos ipsius, vide, & hoc exemplum imitare. *Audi praecantem.* Et tamquam de tribulatis praecipientem. Exemplum hoc sanctum excitavit Stephanum, ut adeo constanter suis parceret inimicis: quomobrem exemplum hac in re ab homine profectum liquido offendit, quod ipse Dei exemplum imitari possumus. *Idem.*

Ad quid
non obliget
Religio
inimicos
nostros.

Licet lex, qua inimicos amare cogitur, atque injurias dimittere jubemur, non esset adeo sancta, ac necessaria, sola tamen Religio illam ita nobis commendat, ut facere nequeamus, quin eam quam diligentissime custodiamus. Hae enim in omnibus hominibus quemdam nobis exhibet Divinitatis characterem, quem omnes in fronte gerunt insculptum; quem cum nulla res in aliquo ex fratribus vestris delere possit, delere nequaquam potestis ex animo reverentiam, & amorem, quibus erga eosdem vos affici oportet. Peccatores, & justi, nobiles, & ignobiles, omnes divinitatis signo signati sunt: omnibus innotata est nota opificis sui, a quo ex nihilo educiti fuerunt. Sunt quaedam veluti animata magni huius Regis simulacra, a quo sculpta sunt, & quae fedare contumeliis non potestis, quin illi asseratis injuriam, ac vos iracundiae ipsius praebatis obnoxios. Quocumque damno, quocumque ignominia vos affecerit inimicus, gerit semper notam divinitatis, neque illum odisse licet, quia simul oderis, quidquid dignum in ipso constituit Deus. Quantumvis crudelis, & nequam sit, semper tamen indutus est hac divina similitudine, quam suus, ac vester Creator sibi contulit, quam si nescitis, profecto nescitis praecipuum vestrae Religionis officium, P. Massillon *Sermone de injuriarum venia.*

Inimicum odisse ultio est profus inutilis, & quae uni tibi obest. Si quem odisti, minus potens non est; animi tui acerbitas, atque iracundia nihil statum ejus immutat; tu unus fers omnia pondus odii; praeterquam quod hoc odium ultio est tibi perniciofa. Te frater tuus oderat, non ideo tamen minus acceptus eras Deo. Si hanc injuriam patienter tulisses, ipse unus sceleris tui penas lullisset; tu injuriam ipsam consecrasses, & per hoc tua conditio ipsius statum longe superasset. Sed ex quo ulciscendi mentem suscepisti, ac illum odio persequeris, tu omnem injuriam penam pateris, quae alioquin tibi quidem utilitatis, fratri vero tuo detrimentum cessisset. Odium denique, quo in fratrem tuum succensus es, sententia est, quam contra te-metipsum profers, non enim magis Deus tibi parceret, quam tu fratri pepercisses. Hanc in te protulit sententiam JESUS CHRISTUS; tu vero eam certam, ratamque facis injuriarum ulciscendarum cupiditate. *Idem.*

Nostis Saulis historiam; ullus ne unquam Rex fuit tanta iracundia saeculatus? licet Rex esset, quis unquam meliorem nactus est occasionem dies suos in summa rerum tranquillitate ducendi? Ad thronum evectus, cum a subditis amaretur, a finitimis Regibus metueretur, cum illi Dominus opem ferret, & Samuel sapientissimis consiliis opitaretur, quid unquam optandum erat? quid ultra petendum ut tranquillitas summa perfrueretur? Ille tamen de David ultionem sumere cupit; & hae una ultionis cupiditas eum mortalium omnium infelicissimum efficit. Hinc odium illud, quo laniantur, hinc furia, quibus torquetur, hinc insignes, apertaeque ultiones, quae totius Israel odium, invdiamque in ipsum conflantur; hinc tristes illae sollicitudines, atque insani furor. Nemini credit, ita ut de se ipso etiam ferme diffidat; sexcentas cogitationes animo fovet, vita quoque ipsi gravis est, ita ut odium ne unum quidem momentum relinquat, quo regni sui gloria voluptate fruatur. Felix vixisset, si sine odio vixisset: ultionis cupiditas illum reddidit infelicissimum. *Idem Pater Massillon.*

Tuam ipsam conscientiam appello, cum odisti inimicum, ac de illo poenas reposcere decreveris: nonne illud odium gravissimum pondus est cordi tuo, quo impeditur, agitur, plurimisque curis distrahitur? Hae ultionis libido nonne secretum est animae virus, quod voluptates omnes amaritudinem inficit, quod inter ipsa solatia tristitiam, inquietum, amicis importunum, ac tibi metipsum gravem reddit, efficitque, ut in re quacumque tibi passionis tuae obiectum occurrat? Si ultionis deposcenda consilium iniecit, quot tibi praecavenda sunt? quot curae animo versandae antequam illud exequaris? quot sollicitudo, ut exequendi opportunitatem temporis spatium nanciscaris? quae artes, ut injuriam tuam celes? quis labor, ne inimicus, vel qui eidem favent, fraudes tuas, & illos, quos stuis, laqueos intelligant? O Deus! licet lege lata non praecipis, ut inimicos diligeremus, nonne hanc nobismetipsos legem irrogare debuissemus? *Idem.*

Davidis virtus, & fortitudo inter omnes Reges Israel maxime enituit: Leones discepit, Gigantes vidi, Reges prosligati, debellatque minorem triumphum ipsius partem constituebant; omnia gloriae illius inserviebant; & si victor aliquis inimicum persequi, atque acceptas ab eodem injurias debuisset ulcisci, huic proculdubio hoc fuisset efficiendum. Ubi vero Saul in illius manus decidit, hic non est amplius invictus ille Palastinae domitor, gentiumque terror, fed agnus, lenitate sua inimicum delinens, ac mulcens; atque David lenis, & patiens majores sibi benedictiones, laudesque promeretur, quam David fortis, atque terribilis; & Princeps, qui leniter fert injurias sibi ab inimico illatas, gloriosior est quam inter Filiarum Israel letum peana, festivaque proclamatio. *Idem.*

Ille, a quo te laetum putas, id ne scit quidem, neque cogitavit unquam. Te iudicem facis eorum, quae in animo suo tantum versantur, verba ipsa innocua, & simplices actiones in lequiorum partem a te detorquentur, illis viris adpersis, atque terros adeo colores, mentemque adeo improbam alinis, ut, qui te audit conquerentem, putet, hominem illum in id unum conserbere, ut te afficiat incommodum. P. Cheminai, *Sermone de injuriarum venia.*

Quocumque lethale peccatum debitum est mille talentorum, ut Evangelicis utar vocabulis, cui sol-

Quam sol-
licitudi-
nem parat
ultionis
cupiditas.

Fauci sibi
acceptam
referunt
illarum cog-
tumeliaz
causam.

Praeceptum
diligendi
inimicos
& veteris
& novae
Legis est.

Acceptum
injuriarum
semper cog-
itatio nobis
majorem
causam
bet.

solvendo eum minime pares finis, aeternis possimus adjudicari supplicis. Deus misericors, & clemens haec toties nobis dimisit debita, quoties eundem rogavimus. Quasio autem, quae minime est ut severi sumus exactores adversus fratres nostros cum in nobis Deus adeo liberalis extiterit? Centum denarii, quos aliquis ex fratribus nobis debet, possunt comparari cum tanta myriadam copia, quam potenti huic Creditori debemus? Injurie, quibus nos frater affecit, nostras in Deum injurias exaequat? Illius ingratitude aliquidne cum nostra similitudinis habet? Me contumelia affecit: esto: me flocci fecit: non abnuo: mihi plurimum debebat propter egregiam, quam toties ipsi operam praestitit; oblitus est; plurimis a me cumulat fuit beneficiis; ingratus est; mihi debet, quicquid habet, substantiam, honorem, vitam: hoc multum quidem est; verum quantumvis istud est si cum praclaris, innumerisque beneficiis comparatur, quae in te Creatoris largitas contulit? Quomodo fratrem condemnare audeamus, Dei iudicio quarentes absolvi? Quomodo in animo nostro fovebimus odium contra illum imaginem, cujus amicitiam inquirimus? A Deo petimus ut immensam debitorum vim nobis dimittat; & pro tantula re nosmet rigidos adeo exactores praebimus? P. Denezau *Sermone pro 21. Dominica post Pentecosten.*

Nonnullorum agendi ratio evitanda est, qui acceptam ob injuriam conquerunt, sed minime dolent, quod per imprudenciam eandem sibi constant; qui nequitiam eorum, qui sibi officiant, redarguant, sed numquam eam rationem insimulant, quae eandem sibi promeriti sunt; qui succensent, si quid accidit, quod sibi displicet, sed qui nunquam illi acceptum referunt incuria suae, quae illi veli occurrunt, vel eandem a se desistere cogitant non sunt. Non ideo credendum est, eos, qui virtutibus praediti sunt, insensibiles esse, tamquam veteres Stoicos; donec virtus nosmet invulnerabiles non praebuerit, non obisset, quominus aliquem dolorem testemur; sed illud est, animum suum gemitu secreto levare, aliud inire consilia ulciscendae injuriae, quam nobis illatum fuisse dolemus. *Liber cui titulus, la Conduite du Sage.*

Nequicquam aliis irrogamus leges, si has ipsi adimplere negligamus, & fere semper in Christiana Morum disciplina id accidit, quod in Politica, leges, quae bono auctorum suorum exemplo non confirmantur, in populo querelas tantum, obmurmurationes, ac seditiones excitare. Sed ubi mandatum aliud exemplo regitur, & praemio, omnia consentiunt ad illius faciliorem observantiam adstruendam, & nemo illud iure potest derogare. Hoc ipsum praestitit Dei Filius, ubi nobis praecepit, ut inimicos diligeremus. Primum quidem legem tulit Matth. 5. *Diligite inimicos vestros,* quae quidem adeo absoluta, atque universalis est, ut amor proprius nullam praetere causam possit, ne illam obvetret; sed primus etiam legi adiecit exemplum pro nequissimi peccatoribus moriens, orans pro illis, a quibus cruci fuerat affixus, praecipue pro torquentibus suis ad Patrem effundens. *Auctor Sermoneum Christianorum, sermone pro 21. post Pentecosten Dominica.*

Praeceptum de inimicis diligendis, nullo illis inferendo malo, omnibus etiam procurandis in eorum gratiam bonis olim jam in veteri Lege irrogatum fuerat: quandoquidem prohibet Deus per Zachariam, ne quis recogitet corde injuriam, qua a fratre fuerit affectus: *Malum vir fratri suo non cogitet in corde suo; non quaeras ultionem, nec memoreris injuriam civitatis suorum.* Per os Sapientis ventat, ne quis ex inimici interitu, vel excidio laetetur: *Quem occiderit inimicus tuus, ne gaudeas, & in ruina eius non exaltet cor tuum;* & alio in loco praecipit, ut si inimicus fame, vel siti laboraverit, illi eica, & potus praebatur: *Si fuerit inimicus tuus, ciba illum, & si sitierit, da illi bibere.* At in Lege nova majorem huic praecipio contulit latitudinem, voluitque, ut longe perfectius observaretur. Ut enim in terris nemo sit, qui huius amoris sit expertus, praecipit, ut homines sese mutua consequantur charitate, quocumque in ipsi qualitas consequeretur; quin amicorum conditio inimicorum qualitati praepoleat; namque pro utriusque mortem aequae subit. *Idem.*

Judei ex gregibus eas victimas Deo immolabant, quae iram, atque ultionem significabant, quam interim animo fovebant; hodie vero huiusmodi figurae, atque victimae nullae sunt; sed praecipit Deus, ut in cordibus nostris eos iugulemus affectus, qui ab illis significabantur. Diligite inimicos vestros. Praecipit huius complementum adeo est ad salutem necessarium, ut Deus non sine misericordiae excessu intermitit velit cultum, quem quis ad aras sibi offerre inchoaverit, ut habeat gratiam prius cum inimico reconciliaturus. Quod procul dubio inuit, acceptissimum, quod ipsi offerri possit sacrificium, esse ultionis affectum. *Idem.*

At enim docet natura, ne ab aliis nos opprimi, atque conculcari patiamur, neque finamus, aliquid impune nobis quocumque detrimentum asserere, quin dolorem nostrum testemur. Hoc nobis jus est, ad quod nati sumus, & quod abdicare non possumus: bruta etiam animantia, natura duce, ea ferre non possunt, adversus quae antipathia quadam rapiuntur, quin irruant in illa, ut unguibus, dentibusque dilanent. Aliquid simile occurrit, cum nobis obvis sit inimicus: statim enim ac oculis accidit nostris, excitatur iracundia, biles incalcescit, sanguis fervet & ultionem tantummodo anhelamus. Haec futilis, ac nefaria argumentatio ex ea tantum proficiscit mente potest, quam excavit ira justam defensionem cum inusta vindicta confundens. In defensione justa nihil damnandum est; vis vi propulsari potest, idque nos docet natura; sed accipere injuriam ultionem persequi nequaquam decet. Licet quidem tibi prohibere, ne quis te laedat; at prohibet divina lex, ne laesus ultionem perquiras. Judicium, ac Magistratum a Deo institutorum est, illis, qui laesi fuerit, jus dicere. *Cardinalis Bellarminus in Opusculo de septem verbis Jesu Christi in Cruce.*

JESU CHRISTI hac in re exemplum potentius est rationibus omnibus, quae possint asseri. Propheta ait, ipsum os suum non aperuisse ut conquereretur, tamquam Agnum, qui coram tendente obmurescit; & S. Petrus addit illum nequaquam respondisse contumeliis, quibus afficiebatur, neque minas intente illis, qui eum conviciabantur, sed sese tradidisse potestati, ac subiecisse sententiae Judicis, a quo adeo iniuste damnabatur. Sed tum patientiae suae cumulum adiecit, cum in cruce infirmus, omnibusque viribus exhaustus propter totius sanguinis effusionem, tanta licet esset imbecillitas sua, summa tamen vi exclamavit, non ultionem contra inimicos suos, & carnicium sevitiam expetiturus, sed pro illis veniam deprecaturus, atque crimen illud excusaturus, quod adeo inexcusabile videbatur. P. Nepveu *libro de Christiana Religione Spiritu Tract. 5. cap. 2.*

Ego sum, Dei Filius ait, Ego sum, qui loquor vobis: Ego autem dico vobis: diligite inimicos vestros; Ego id vobis praecipio, ut inimicos vestros diligatis. Si quis mortalium hoc vobis praescriberet, obicere eidem possentis injuriam magnitudinem, & iracundiae vestrae aequitatem. Si quis a vobis in honore habitus hoc diceret, eidem forsitan redderetis vos aliis in rebus ipsi obtemperatos, at in hac nimio dolore affectos vos esse. Si Princeps, aut Rex hoc iuberet, ultionem forsitan differretis, & aliqua etiam extrinsecus praebentis levit reconciliatae gratiae documenta, cum interim occultam animo foveretis similitatem, serius ocyus sese perdituram. At Deus vobis loquitur; Deus jubet: *Diligite inimicos vestros, & benefacite illi, qui oderunt vos.* Tam manifesto mandato quid habetis, quod respondeatis? *Ad rationem obiecti prior est majestas imperantis.* Tertullianus ait, Ex omnibus illis rationibus quibus parere cogimur, princeps illa est, majestas videlicet, ac infinita dignitas jubentis. Affectus igitur tacete, humanae rationes, ultionis libido, injuriae atrocitas, indignitas inimici, tacete; Deus loquitur; huic obsequi necesse est. *Joly, Propositione pro 21. post Pentecosten Dominica.*

Ne dixeris: Hoc diligendum inimicorum praecipitum est difficile. Namquid minus erat difficile Davidi, vel Stephano? Difficile quidem est; sed illud irrogat Deus; difficile est, sed una ejus voluntas omnes has austeras debet difficultates. Si in violenta Fidei persecutione, ut olim ex tot Martyribus, ex te vitam tuam expereret, si omnem sanguinis tui effusionem depereret; nonne illum hilariter, ac libenter offerre deberes? Praecipit autem, ut inimicum diligas, si quae parcas: hoc

Iusta de-
sentio ab
injuria ul-
tione di-
stinguenda
est.

Vit, quam
in nos Dei
mandatum
habere de-
bet par-
cenda nos
obligat.

BIBLIOTECA CENTRAL
U. A. N. L.

fatis est, ut mandatum illius adimplere tenearis. Idem.

Tandem aliquando agnoscendus, & evellendus est perniciosus aq̄e, ac vulgaris error, foveri posse odium adversus inimicum, donec nobis non satisfecerit, vel ostendere a nobis satis æquis oculis videri non posse, donec ea non præstiterit, per quæ nobiscum in gratiam redire mereatur. Præceptum quo inimicos amare iubemus novum est, & ab ipso JESU CHRISTO nobis irrogatum: Mandatum novum, Mandatum meum. Si præcedentem supponeret satisfactionem inimici, hoc neque mandatum novum esset, neque mandatum, quod Salvator primus tulisset; hæc enim lex est, quam nos natura docuit, humanitas nobis præscripsit, & cui Ethnici quoque ipsi ultro paruerunt. Oportet igitur, mandatum Filii Dei, ut aliquam novitatis gratiam obtineat, peculiare aliquot habere circumstantias, quæ in aliis præceptis nunquam extiterunt; hæc autem peculiaris circumstantia est, ut eos diligamus, qui oderunt nos, & qui nos reparare velint injurias, quas intulerunt, pertinaciter nos persequantur. Idem.

Quotidiana docemur experientia, gratiam plerumque per hypocrisim, ac dissimulationem refarciri. Ultio differitur, ulciscendi opportunitas expectatur, inimicitia atque odium dissimulatur, aliquot extrinsecus amicitiz, & benevolentiz signa tribuuntur; sed intus rodit invidia, fervet iracundia, & sæpe Dei honor ultionis causa prætextatur, ut injuriam nobis illatam persequamur. Biblia hujusmodi amicitiz, politicæ reconciliationibus plena sunt. Idem.

Fides, quæ efficit, ut JESUM CHRISTUM in Christianis omnibus inveniamus, efficere debet, ut eandem etiam in inimicis nostris agnoscamus delentem, quidquid ibi grave est, divinitatis speciem afferentem his omnibus, quæ humana sunt, ac ita personam eorum penetrantem, ut illos nulla ex parte aggredi valeamus, quin nobis occurrat Deus prohibens, & clamans: Diligite inimicos vestros. Frumentieris Sermone pro sexta feria Cinerum.

Inter ea omnia, quæ nobis præcipit Evangelium, nihil sanctius, nihil sublimius est, quam quod amor inimicorum, & injuriam veniam respicit. Hoc non natura, non ratio, non consuetudo, non mundi sapientia, sed sola Christiana Religio nos docuit. Hoc præceptum profus divinum est, hæc lex est a suprema Dei auctoritate, non aliunde profecta, & non nisi supernaturalis gratiæ subsidio observanda. Diligite inimicos vestros. Hæc est Evangelii disciplina; non consilium tantummodo, sed præceptum, quod Dominus, ac Magister noster ore proprio promulgavit, vere dignum illo, qui in Bibliis Princeps Pacis nuncupatur; præceptum utique par illi, quam profitemur, religioni; præceptum, quo nemo solvi potest, quippe quod in amore positum est, neque cor ullum amando impar est; præceptum naturæ quidem difficile, gratiæ vero virtutis facilitum. De la Volpilliere sermone de amore inimicorum.

Admirabilem Dei Sapientiam, quæ in Mundi regimine, Ecclēsiæque suæ institutione artem invenit omnes simul animos conjungendi, atque alios ab aliis tuendi inter inimicitias, quæ inter ipsos fabricantur, atque inter injurias, quas sibi ultro, citroque inferunt in ea societate, in qua indefinitè versantur! Aequissimam Providentiam, quæ hac lege charitatis Fideles omnes ita arcte conjungit, ut illos invictos omnibus Infernorum conatibus, atque de omnibus terræ potestatibus victores efficiat. Idem.

Cum amicos nostros diligimus, magnas in illis nascimur illecebras, quæ nostrum amorem alliciunt: nos amant, nobis gratificantur, secretas quasdam, atque ut ita dicam, magneticas vires habent, quæ corda nostra pertrahunt, nodosque occultos, quibus nos nequunt; sed cum inimicos amamus, nihil in illis deprehendimus, quod nostram sollicitet charitatem; immo defectus tantum occurrunt, qui contemptum merentur, inimicitias fovent, odium excitant, contumelias nobis inferunt, quæ nos provocant ad iracundiam, ita ut vim naturæ ipsi faciamus, cum imperamus cordi eorum dilectionem. Non est ergo ambigendum, quominus noster amor supernaturalis sit, atque divinus. Idem.

Dei Filius præceptum hoc suum appellat: Hoc est præceptum meum, seu quod ipse unus juridico

Rationes propter

legem hanc præscribere possit per imperium, quod obtinet in corda nostra, & potestatem, quam habet amorem ibi quidem accendendi, odium vero extinguendi; seu quod cum venerit hominibus pacem allaturus, eosque cum Deo in gratiam revocaturus, ipsius jus est pacem inter homines constituere, atque illos inimicem reconciliare; seu demum, quod hæc una Lex est, quam ipse in terris promulgaverit. Non enim liquet ex Evangelio ipsum aliam tulisse legem: ubique enim alibi monita, & consilia suggerit; istic vero præceptum facit, legem instituit, tamquam Dominus loquitur, & tamquam Legislator mentem suam aperit. Idem de la Volpilliere.

Ut hæc charitatis lex facilior adhuc videatur, cum præcipit Deus, ut inimicos vestros diligatur, atque oretis pro iis, qui vos persequantur, nequam jubet, vos eadem benevolentia illos complecti, qua amicos prosequimini, neque omnia illis officia præstare, quæ beneficiis vestris, neque jubet depositis odiis, & iracundiis, omnia etiam deponi jura: permittit enim, ut legitimis rationibus læsæ existimationis vestre reparationem persequamini, & bona iniuste rapta repetatis: at prohibet hoc vel inimicitiz affectu, vel vindictæ libidine fieri. Patitur, ut ad iudices auctoritatis suæ ministros confugiatis obicem alienæ impotentiz oppositi; sed prohibet, ne hostilitatis vel ultionis auctum suscipiatis, veritus ne passio, quæ ut plurimum in excessum ruit, efficiat, ut omnes rationis cancellos, omnesque leges æquitatis contemnat. Idem.

Christiana reconciliatio longe plures complectitur difficultates, quam simplex venia injuriam. Non pariter Christiani more, quomodo pariter more Ethnicorum. Cum Ethnicorum more venia conceditur, neque in omne tempus, neque omnibus in circumstantiis conceditur; pariter, cum ita despectus est inimicus, ut neque iracundiam nostram mereri ducatur; pariter, cum ipsa fortuna curam ultionis persequende supplesse videtur, nobisque libidinem absulit offendiendi illi, quem jam satis superque suis infortuniis atrox; pariter, cum eum fortuna gradum attingimus, unde pudet descendere, ut obcuram, ignobilemque ultionem queramus, in qua non nisi humili, atque contemptibili crotore manus fedari possunt; pariter, cum inimicus jam victus, nostramque clementiam implorans, neque facultatem nocendi habet, neque voluntatem, sed inimico potant, ac felici, inimico feroci, superbo, atque armato non pariter. Aliter consuevit Fidelis: Fidelis in omne tempus, omnibus in circumstantiis, omnibus æque personis indiscriminatim, seu nobilibus, five ignobilibus, inferioribus, paribus, subjectis, rebellibus debet parere; præcipit enim Deus ut omnibus æque parcat. Præterea aliquid adhuc accedit. Cum Ethnicorum more parcimus, injuriam solum venia conceditur; parcimus enim injuriam vel oblivioni mandantes vel contemnentis, ne erga inimicum frigiditatem quamdam servantes: non ita vero parcat Christianus; reconciliations præceptum neque oblivionem meram, neque contemptum, neque frigiditatem permittit. Amandum est, ut ante; ubi opus addit, opem ferre debet, ut ante; sese mutuo videre, & colloqui secum ut ante. P. Auzanensis serm. de inimicitiz, & reconciliatione.

Jampridem hunc errorem de mortalium mentibus auferre, conantur Oratores, non peccari videlicet contra reconciliations præceptum, ubi ne cui scandalum inferatur, servata extrinsecus societatis specie, intus retinetur fomes iracundiæ, qui sese qualibet occasione prodat: vel cum ad servandum charitatis præceptum depositis intrinsecus omnibus vindictæ desideris, extrinsecus societatis officia mutuo præstare detrectamus. Errorem inquam: non enim servatur reconciliations præceptum, nisi injuria servatur ex animo; nisi ad litteram præceptum charitatis expleatur: non expleatur autem, nisi sincere, & ex animo diligamus; & ut omnia verbo complectar, nisi tamquam nosmetipsos amemus. Idem.

Suprema Legislatoris hujus auctoritas, atque absolutum Numinis imperium, cui, & esse, & vivere debemus, nos adiungit, ut cum reverentia præceptum ejus audiamus; numquid enim postumus eidem respondere, id, quod est apud Ecclesiastem c. 8. Sermo illius potestate plenus est, nec dicere quisquam potest, quare ita facis? Silete sensus injusti, ultiones, iræ, indignationes; Deus enim loquitur: Soph.

quas Dei Filius hæc suam mandatum appellat.

Difficultas parandi inimicis, eo modo quo jubet Evangelium.

Quid sibi velit per hoc coactio.

Mala quæ ulio in animo gignit.

Soph. 1. Silete & facite Domini. Verbum illius tempestatas irænat, hincum impotentiam infringit; non poterit autem odium vestrorum metus, furor, iræque vestra comprimere? P. Textier serm. pro ser. 6. Cinerum.

JESU CHRISTI exemplum intuitus S. Stephanus genu flectit pro iis, a quibus lapidibus petebatur deprecatur, S. Sabinus Spoletii Episc. cruentat adhuc brachia ad Cœlum attollit veniam carnifici, a quo manus sibi præcisæ fuerant, impetratur; & ut verbo me expediam, Martyres omnes tot ora, quot vulnera, aperuerunt pro persecutorum suorum salute preces effulsi, & Crucifixum æque ac illi adoremus, æterna fovere possumus odia; atque ultra sepulcrum, & cineres nostras proferre inimicitias? Fieri ne possit, JESUM CHRISTUM morientem slectere potuisse Patris sui iustitiam, eumque compellere, ut Deicidii parceret, clamando, Pater ignosce illis; eundem verbo de Crucis ara ad nos eadem dirigentem verba: Fili ignosce illis, animorum nostrorum duritiem superare, & quod cupit, obtinere non posse? Si modo quadam novitate miraculi Crucifixus hic Dominus loqueretur, sique omnibus, qui odii sentum animo foveant, diceret, obtestor vos per illius amorem; cui ego simulacrum sum, ut hæc odia deseratis, atque inimicis vestris parcatis, quinam esset, adeo ferreo, & obdurato corde, qui miraculo non afficeretur, & ex animo non parceret? O vos miseris! Vos imago moveret, & JESU CHRISTI ejusdem verba non movent? Idem.

Injuriarum oblivio, & amor inimicorum adeo nobilis virtus est, ut non nisi Dei ipius os illum homines possit edocere; opus erat, ut illi divini exempli auctoritas accederet, ac ipse JESUS eandem exercens moveretur, ut illius amorem, atque existimationem infunderet. Illa autem adeo nobilis est, & adeo difficilis, ut Ethnici, qui ejusdem philanthropiam admirati sunt, ejus difficultatem extrinsecus, neque intelligere potuerint, quomodo divina lex ex humana imbecillitate hæc debuerit exigere. Ita hic extremus est charitatis conatus, cumulus perfectionis, & christianæ disciplinæ complementum; Cuius est bonitatis, pietatis fastidium, & divina Philosophiæ documentum, S. Chrylogos inquit. Pater Senault in S. Andrea Panegyrico.

In ultionem natura proni sumus; illic tanta pernicitate rapimur, ut sæpe nobis auferat rationis sequende, vel etiam consulendæ facultatem. Hinc fit ubi hujusmodi occasiones adsint, non Dei solum, sed & nostri obliviscimur; & ad ultionem sine metu, sine armis, ac nihil nobismetipsis præcaventes curramus. Quam nobismetipsis vim inferamus oportet, ut hinc natura vi resistamus? Ad hæc ægre iracundiam dissimulamus, ubi vel utilitas, vel ambitio, vel majoris mali metus videtur exposcere: ac vehementes exerendi conatus sunt, ne vel factis, vel dictis noster sese prodant affectus. Quocumque adhibeatur cura, ut cordi serenitas redeat, quocumque post acceptam injuriam temporis spatium effluerit; solus ad specus illius a quo lapsi fuimus, vel simplex injuriæ memoria nonnumquam momento rationis, temporisque opus evertit, & rursus naturam excitat, que jam credebatur extincta. Vel in vitis nobis sanguinem incalcescere deprehendimus; conturbantur oculi, faciei color immutatur, artus omnes contremiscunt, mens ipsa confunditur, ac sui ipsius compos non est. Pater de la Colombiere, in Meditationibus suis de Passione.

Eo tempore, quo injuria afficitur, vel cum acceptæ injuriæ memoria adhuc est recens, non satis exprimi possunt ii motus, qui seu in anima, seu in corpore a natura excitantur. Ego quidem videre mihi videor mare, in quo furentes debacchantur Austris, & quod sæpe tempestatas vi sexcentis modis susque deque misceatur: modo ad cœlum usque attollitur ac mox in abyssum dehiscit; modo in litus tanto impellit impetu, ut uno tantum fluitu continentem omnem absorbere videatur; mox tanta pericacitate recedit, ut alevam immutare, vel in inferno submergi velle credatur; non aliud vires, quam præruptos aquæ montes, nubibus ipsis minantibus, sese invicem confringentes, atque terribili fragore sese colidentes. Idem.

Religiosi homines iracundiam suam tegere adnuntur zeli, vel justitiæ colorem prætexentes, sed

paucissimi sunt, qui illam conentur extinguere. Improbi insignem ultionem palam deposcere non verentur; qui se pie vivere profitentur, occulte ultionem suam persequuntur, quin ne illi ipsi eandem agnoscat; illi armis, ac vi passim utuntur, ut suum jus expetant; hi silentio nonnumquam, & quadam modestæ specie ulciscuntur. Illi denique, qui per se ultionem persequi minime possunt, per alios nonnumquam ultionem sumere querunt; si videriat, illum, qui ipsis officere conabatur in eos, quos alteri parabat, laqueos cecidisse, letantur; si illius vitam ab honestis viris improbi audierint, gestunt; si quid adversi eidem acciderit, gaudent. Id profecto non aliud est, quam verissimam ultionem exercere.

Jure profecto S. Augustinus asseruit, novum hunc amorem, quem Dei Filius in terras tulit, novum dedisse hominum cordibus latitudinem. Latitudinem charitatis facit. Cor hoc antea erat coarctatum, angustissime finibus circumscriptum: Deus ibi exitum obtinebat locum, proximus fere nullus, & inimici nullum omnino; vel quis pro illis patebat locus, hunc odium sane, atque vindicta occupaverat; verum tandem facer ille ignis, quem ut accenderet, in terras JESUS CHRISTUS descendit, cor ipsum de ipsius angustis eripuit, atque in eam latitudinem redegit, quæ & Deum, & amicos, & inimicos recipere possit. In Collezione Abbatis de Breteville.

Ratio nobis suadet ultionem; sed Filius Dei rationem hanc reformat; exemplum suum opponens exemplo Mundi. Si ullum sequendum exemplum est, patet profecto Dei potius quam hominum exemplum amplecti oportere. JESUS CHRISTUS sevissimis pepercit inimicis, eisque atrocissimas dimisit injurias, ut qui inter necino illum odio persequerantur, amavit. Humana ratio, non ultra tibi aure accommodo: non aliud mihi quod sequar exemplum est, quam Dei. Docet Mundus ulciscendum esse, oppositum Deus docet: præceptum illud a Mundi seductoribus servatur, sed a JESU CHRISTO damnatur; uter eorum rationis nostræ suffragium meretur, exemplum ne Filii Dei, an Mundi exemplum? Idem.

Ex omnibus Dei mandatis nullum mea quidem sententia hoc difficile est, quo inimicum diligere, & injuriam dimittere jubemur. Nihil vel in natura, vel in humana ratione, vel in Mundi prudentia invenitur, quod persuadere possit tamquam nosmet ipsos diligendum esse inimicum, qui nos inter necino persequitur odio; ac multo minus occurrit aliquid, unde mandati ejusdem praxi facilitas aliqua accedat. Natura docet vim vi repellere, non autem injuriæ acceptæ oblivisci; experientia, ratio, prudentia, politica, humanitas, respectu nequaquam estis impenetrabile fucum telis irritati furoris: vobis nullum satis validum suppetit argumentum, quo animus adversus iram, atque ultionis aggressiones tegatis, ac roboratis. Sæculi prudentia docet, injuriam tunc dissimulandam, cum ultioni reposcendæ interclusus est aditus; minime vero parcendum. Docet utilitas, compescendam esse vindictæ libidinem, ubi hoc rei nostræ, atque existimationi profuturum speramus; at quid sit injuriam pati, atque inde virtutis occasionem nasci, hoc profus ignorat. Demum ratio docet, suspiciosum esse non debere, neque levem ob causam succedere; sed iracundiam coercere; illum a quo injuria afficeris, diligere; pro malo bonum eidem reddere, hoc omnes illius vires, hoc omnia longe naturalia lumina excedit: ut enim te in hujusmodi occasionebus vincas, id perferendum est; quod in natura magis est molestum, atque difficile. Pater Novet in Meditationibus suis.

Si rationes omnes, quæ hucusque attulimus, nondum satis valide sunt ut vos commoveant, Calvarium ascendite, ibique Salvatorem vestrum in agone positum contemplantini, magnos clamores emittentem, ut veniam peccatorum vestrorum ex Patre depolcat, atque in Cruce permanentem, ibique vos obstantem, ut fratri vestro ignoscatis? Misissimam ejus vocem audite: Pater dimitte illis; hoc abs te peto ego lassus. O Divinæ charitatis magnitudinem! O humanæ crudelitatis portentum! Deus ignoscit, homo vero ulcisci desiderat! Deus misericordiam efflagitat; homo illam negat! O cor rapibus ipsis durius non audis hanc vocem de Christi tui vulneribus exeuntem? Ad te illa mittitur, abs te petit, ut miseraris: Ignosce, inquit

Charitas amicos, inimicos conplectitur.

Præcepti hujus difficultas.

BIBLIOTECA CENTRAL U.A.N.L.

Salvator moriens, ignosce fratri tuo, mihi hanc injuriam largire, vel si tibi certa voluntas est ultionem sumendi, ex me illam fume, has manus propter amorem tuum perforatas percute, hos clavos tunde, hos hiatus dilata &c. Idem.

Zeli specie nonnumquam sumitur.

Singula h. C. verba pro prolata in Cruce ponderanda sunt.

Ponderemus singula verba, que Cruci affixus Salvator pro inimicis protulit. Pater. Illum Patrem vocat, non Deum, non Dominum; hac enim in occasione Patris indiget bonitate, non Judicis veritate. Ignosce: quid diceret, ego qui Filius tuus sum, ignosce, licet singulis artibus ingentes dolores patiar, tu quoque illis ignosce. Illis, qui videlicet adeo injuste, adeoque crudeliter sevierant in me. Pilato, qui contra quod ipse sentiebat, me tamen morti adjudicavit; Principibus Sacerdotum, qui per odium, & invidiam me in illius manus tradidere; carnificibus, qui me cruci confixere; toti populo, qui mortem meam depoposuit; omnibus hominibus, qui ejusdem causa fuerunt. Non enim sciunt, quid faciunt. Eorum scelus excusare vult, ideoque eorum causam ignorantiam. O admirabilem JESU CHRISTI charitatem, que omnem sensum exsuperat, inquit Apostolus! huic uni vacare, ut illis procuret bona, a quibus aqua, iniqua, fanda, infandaque omnia passus est, atque tunc vacare, cum majoribus & supplicis, & contumelias afflicti; hac sane charitas est que foris ac mors; charitas est omnia sustinens, & quam omnes tribulationis aque nequeunt extinguere. Neotericus Auctor in Homiliis de Passione.

Deus est, qui precipit, sed Deus, cui debitor sumus. Dicit Evangelium, Servum quemdam Regi suo decem mille talenta debuisse, ipsi vero conservum centum tantummodo denariis fuisse obligatum. Quantula summa est centum denarii, si cum decem talentorum millibus comparetur? Hac utitur similitudine Dei Filius, ut intelligamus, id quod fratres nobis debent, nihil esse, ubi cum iis, que debemus Deo, conferatur. Deus tamen dummodo centum denarios dimittamus, nobis decem talentorum millia remittit, & abnuimus! Deus nobis peccata dimittit, dummodo fratribus ignoscamus, & conditionem hanc respiciamus! Nimis dura videtur, malum a Deo non ignosci, & in manus ejus decidere, ne ignoscamus. Hec est Evangelii servi, & eorum, quorum scivitia manifesta est, injuria. Lambert. Homil. 12. pro 21. post Pentec. Domin.

Explicatio Parabolæ de Servo nequam.

illi minime parcant, quibus vis facienda est, ut inimicos videre compellantur, vel qui, cum ignoscant, eas afferunt restrictiones, que satis arguunt cor eorum esse exulceratum. At enim dicit aliquis, mihi inimicus illudet; verum si peperceris, boni viri laudabunt; & nisi id feceris, Dei Filius iis te mancipabit supplicis, que multo difficilior erunt perferenda, quam flagitiosus, irreligiosusque hominis probra. At ille nimis gravi me afficit injuria; sed nonne tu graviosem attulisti Domino precipienti ut ignosceres? Ego vero jam pluries pepercisti; at oblitus ne es, quid D. Petro JESUS responderit: Amen dico tibi non unque septies, sed usque septuagies feries? At ego lacescitus fui; nemo hominum est, qui eandem præterire causam nequeat; hoc idem loquitur inimicus tuus; qui nonne & ipse causam sibi meliorem esse, quam tibi glorior? Cur non convenies fratrem tuum illum JESU CHRISTO lucraturus, omnia semoturus scandala, que ut plurimum inimicitias consequuntur, ac tot, tantaque flagitia, que tibi qua exprobrat conscientia, expiaturus? Vereris quippe ne nimis JESU CHRISTO prætes, qui pro te tot, tantaque pertulit? Si Christianus es, inimicum præverte, ne prætoleris donec ipse veniat ad te; ad illum perge, ei salutem dic, illum amplectere. Idem.

Perpenditur verba J. C. in

Si spectator fuisset miserimæ necis, que in Calvarie vertice patrata fuit, videns Dei Filium affi-

xum cruci, capite spinis coronato, pedibus, manibusque clavis perforatis, corpore flagellis dilaniato, ulceribus referto, & sanguinem diffusente, coram carnificibus doloribus, atque contumelias irrationibus, & cachinnos addentibus; si illum clamantem audivisses, quin intelligere potuisses, quid diceret, quidnam putasses illum hoc in statu a Patre suo petisse? Credidisses profecto, illum poposcisse, ut gravissimis, quibusangebatur, malis liberaretur, vel ut ultionis suæ effectus in eos depremeret, a quibus tanta indignitate, tot doloribus, & probris afficiebatur; sed quam longe a vero aberrasses! Audi clamantem: ignosce illis. . . . Hoc unum abs te peto, Pater, ut meis inimicis ignoscas, mihi que pro illis deprecanti concedas, ut impunes abeat ob eas, quibus me afflixeris, contumelias &c. De la Font dans les Entretiens Ecclésiastiques pro 21. post Pentecosten Dominica.

Salvator die novissime cenæ postquam Apostolorum suorum pedes abluit, dixit eis: Si ego me ad pedes vestros abieci Dominus, & Magister, nonne ubi ferret occasio, hac eadem ultro, citiusque vobis præstare debetis officia? Hæc eadem mihi videtur de Cruce clamare: Si Judæi mortem meam dimisi inter tot convicia, & opprobria, nonne similiter dimittere debetis fratribus vestris illas vobis injurias? nisi hoc propter amorem illorum præstare vultis, nonne hoc facere debetis propter vocem imperii, exemplumque meum? Quodnam discrimen est inter conditionem vestram, & meam; inter contumelias, quibus & ego sumus afflicti? Ego illos verbo dumtaxat disperdere poteram, vos autem mancipia estis, & nihilum statu meo animatum. Si ergo inimicis meis ob adeo indigna scelera pepercisti, quomodo nam ferventem adeo, diurnamque iracundiam fovere potestis ob injuriam levem, & quam plerumque falso vobis illatam existimatis? Quæ unquam injuriam comparatio potest inter ea, que ego pertuli mala, & ea, quibus vos affectos doletis? Quæ ratio inter hæc opprobria, & contumelias, atque inter leves injurias, propter quas tantopere succensetis? Numquid diurnum adeo fovendum est odium pro re adeo levi? Cur diutius differenda est cum proximo reconciliatio, ob voculam acutius dictam, vel ob gesum cum aliquo contemptu conjunctum? Idem.

Fateor tamen, ut plurimum non adeo arcta necessitate nos teneri, ut inimicum prævertamus, ac priores moveamus, cum eo in gratiam redituri, a quo injuria fuerimus affecti; hoc enim, ex Sancti Augustini sententia, inimici aleret ambitionem, ac foveret iniquitatem, prohibens, ne ille, quod perperam fecit, intelligat. Animadvertendum est, inquit Sanctus Augustinus, Dei Filium non precipere, ut inchoatum sacrificium intermitteret, nisi cum frater tuus habuerit aliquid contra te; hoc est cum a te læsus fuerit; cum enim tu læsus fuisti, nulla teneris necessitate illud prævertendi, & veniam ab eo petendi, a quo tibi illata fuit contumelia. Tunc autem a nobis non aliud exigit Deus, nisi ut in corde, nullum odii, atque vindictæ sensum foveamus, & parati simus ignoscendo. Idem.

Si Deo nulla satis justa fuisset causa præceptum tam difficile hominibus irrogandi, putaresem, ullam tibi legitimam esse causam posse non obtemperandi, & injuriam, qua affectus fuisti, ulciscendi? Nonne Deo imperandi potestas est, & cogendi, ut imperata facias aliqui mortis supplicium subiturus? Cur autem non ita ipsius etiam honoris impendio, si de hoc ageretur? Nonne Deus honoris æque ac vitæ tuæ Dominus est? At enim hac in venia, quam concedere jubet, nominis mei existimatio laborat: esto, licet hoc falsissimum sit: ac agitur quoque de honore Dei, cuius interest, ut ejusdem imperio pareas: Numquid autem Dei honor minori in pretio habendus, quam honor tuus? Equumne est, te quidem honorem tuum retinere, Deum vero amittere suum? Sed rectius ratiocinamur: numquid est honorem amittere, illum in discrimen adducere propter adeo legitimam causam, quamquid est supremi hujus Domini legibus obtemperare? Tandem vero putasse te honorem hunc tuum posse, contra Dei voluntatem, & ejusdem providentiæ mandatum? Numquid alia deest via; quin hunc tibi honorem eripiat in poenam superbiæ tuæ, qua tuum suo honorem prætulisti? Qui contemnunt me, erunt ignobiles. Vitam reddere potest, & cum honore iis reddidit, qui eandem prodederunt, ut eidem famularentur, & causam ipsius tuerentur: cur non poterit æque centupli honore tuo reddere honorem, qui

milia in Cruce con-

Quando nam veniam petet te non te-

qui propter ipsius honorem fuerit neglectus? P. De-lingendes in quodam ex sermonibus suis de inimicorum amore.

Deo debemus, quod adeo utilem legem irrogaverit.

Ut hoc ipsis etiam rationis lumbibus consideremus, non parum debemus Deo quod hanc de injuriis dimittendis legem statuerit. Et sane fingamus animo, Deum tulisse legem proflus oppositam, atque præcepisse, ut ultionem persequamur, eodem rigore, quo imperat, ut inimicis ignoscamus: in qua pericula sapius adduceremur! Si enim te poterat, injuria te afficit; si ab aequali insigni aliqua contumelia lacescitus fuisti; si plures simul conjurarunt, ut te pestum mitterent, quomodo nam ultionem ex illis deponere posses? Ubi Sanctus Ildorus Pelusota animadvertit, in infinitum procederet inimicitia, injuria enim ultionem provocaret; hæc ultio non sine recenti injuria fieri posset, cui altera ultio succederet, quia huic injuriarum, ultionumque vicissitudini, que sese mutuo, & necessario exciperent, finis unquam imponeretur; cum interim qui patienter fufferit, eodem tempore inimicitiam extinguat &c. Idem.

Si fas est ultionem persequi, legibus tacendum est; eorum inutile est ministerium, justitiam indicendum est; quilibet peculiari sibi tribunal extruit, ac tamquam Judex in propria causa, ea exequitur judicia, que pronunciat. Non illud mihi propositum est, ut hujus mali enarrem effectus; satis enim eos quisque intelligit, ubi acceptæ injuriæ factus æstimatur, quo usque libet, illius reparationem pretendit; & libra, gladiusque, quos Justitia in Magistratum manibus collocaverat, in fortissimi, audacissimique manus transferuntur. Omnes homines alii in alios armati civilem societatem in primam confusionem reiiciunt, unde tanto labore Legislatores illam educere conati sunt. De Sacri lib. 3. Tractatus de Amicitia.

Nulla nobis speranda venia est, nisi inimicis pepercimus.

Hac in re, o Christiane, cognosce quid tibi faciendum sit, & quod tibi consilium inendum fuerit. Deo parere non vis. Non metuis ab illo deficiens in te illius fulmina, atque anathemata detorque? Numquid salutis tue abrenuncias? Numquid damnari vis? Eheu frater, que infania, quis furor? Verum si ita placitum, abi, ulciscere. Si Religio, Cæli indignitate, animæ tuæ negotium, æterna damnatio, si hæc omnia satis virum non habent, ut iram tuam compescant, non satis video, quidnam habere possit, ac te tibi metipsum desero. At nondum huc pervenisti? nondum omnes Christianæ pietatis sensus exiisti? Te Dei minæ movent, & eius supplicia cupis effugere? Ut verbo me expediam; cogitas ne, quomodo salutis tue consulas; & serio cogitas? Felices dispositiones! Eas sequere; fratrem tuum festinanter quære, atque cum illo in gratiam redi. Ad id ipsum quoque aram, inceptumque sacrificium relinque; maximam, atque acceptissimam, quod offerre Deo valeas victimam, est cor tuum: quomodo autem? eam litera obrutancas, que ex quadam potius animi averfione, quam ex juris assertionem profecta est; eam auferens disensionem, quam nimis processit, atque in singulos dies semper magis procedit; eos criminales actus, testatque minas relinquens; atque illum etiam amplectens, ejus excidium quæveras, illum excipiens, atque prævertens. Hac in re consilium cape: delibera; media nulla via est, quam sequaris. P. Girouss in Quadragesima Feria sexta Cinerum.

Ad lenitatem, inquis, sedere nequeo, ut ignoscam: abi ergo, fel tuum in inimicum evome, qui oculis tuis gravis est, & cujus aspectum fastidis. Quid tamen inde? Idus eodem tempore recidet illum, te Deum percutiet. Tu illum, te Deus dimittat. Numquid Christiane, hoc, uti par est, animadvertis? Hoc satis intelligis? Non possum ultionem persequi, quin duos simul habeam inimicos; alterum videlicet, quem persequor, alterum, nempe Deum, qui me persequitur. Ille, quem perdere conor, mihi potest obfistere: ego vero neque obfistere Deo; alter quidem ex manibus meis elabi potest, ego vero ex manibus alterius non effugiam! In me omnem Dei potentiam, omnemque Justitiam provoco; ego igitur omnes impotentie meæ penas luam magis quam inimicus, quem effectus illius experiri desidero. Cur hæc terribilia idea repleti non sumus: Deus inimicus, Deus vindex! Quantum iræ meæ motus vel sequor, vel coerco; tantum terribilem iram suam in me vel servire finit, vel cohibet; si gladium, ut feriam,

affumo; ipse fulmen arripit, ut me interimat. Ubi autem ad rectam judicii trutinam bonum, malumque appendantur, & ponderentur; numquid adeo magnum, atque optabile bonum videbitur inanis cupiditas ultionis explenda inimici interitu, qui æque ac ego homo est, cum interim severis me obicio supplicis Dei, qui toto celo major me est? Idem.

Cum legem a Deo latam minime observas, non dicis, hoc nequeo, sed hoc nolo. Ex quo Deus hoc præcipit, juri illud potes; nihil enim præcipit, quod fieri non possit. Difficile quidem est, non diffiteor; sed tantum erit difficile quantum tibi placuerit. Deus jubet, satis est. Potes etiam, immo hac uti difficultate debes, ut majorem obedientiæ laudem feras. Tu hoc vis, Deus, non abnuo; satis vides quanti hoc fiet animo meo. Sensus omnes, ii etiam, qui sunt magis naturales, suffocandi sunt; opus est, me a memetipso quodammodo divellam, ut hoc verbum proferam, ut novum hoc amicitie testimonium præbeam, cui propter te instaurandæ prælo sum, & que iustissime fracta videbatur: sed quo major est difficultas, quo magis repugnat animus, eo magis rationem habebis conatum, qui ut id evincam, mihi sunt exrendi. Tibi offendere volo amoris mei magnitudinem, id amans, quod, ut mihi videtur, minus est amabile. Si minus mihi deest tantum esset, ac minor difficultas superanda, minor tibi cederet gloria, ac minor mihi fidei meæ testandæ pareret occasio. Quod facio, parum est; verumtamen cum tu infirmitatis meæ testis sis, palam intelligis me nihil majus præstare posse. Idem.

Quid ad me quodcumque blateraverint homines, si tibi, o Domine, placeo? mihi illudent, me in jocum, fabulamque verrent, quid ad me? Quamquam omnem in me unum notas cenforas traducant, eam, Domine, quam debeo, præstabo tibi obedientiam; hic agitur salus mea, qua quid mihi esse debet antiquius? Nonne videmus eos qui magis obstinato sunt animo, sese morti proximis reconciliare? Cur vivam eo in statu, in quo mori nollem? cur non eadem est mihi hodie constantia, quam tunc maxime cuperem? Qui morti proximus est iusto afficitur terrore iudiciorum Dei, qui unius mandati inobedientiam æternis supplicis persequitur; at hic idem Deus hodie minus terribilis est? mandata illius sunt ne minus terribilia, ac severa? Tu hæc mihi nuntiaris voluisti; tu ipse, Domine, locutus es, & loqueris adhuc; illa ignore non valeo; neque mihi alius restat actus, nisi, ut eadem diligenter adimpleam. Idem P. Girouss.

Ex hoc proflus divino charactere Deus vos suos filios agnoscet. Ut sis filii Patris vestri. Non significant verba hæc, tunc vos, ob id Dei filios futuros, sed futurum ut pro filiis Dei agnoscamini. Non semper id esse videmus, quod sumus; non enim vivendi ratio, atque actiones cum ea congruunt dignitate, qua sumus induti, sed ignoscens ostendit vos peculiari nomine ad Deum pertinere, quoniam Dei geretis imaginem, atque magis distincta, insignique nota notabimini: Ut sis filii Patris vestri. Quid enim facit Pater hic communis? Orii facit solem suum super bonos & malos, pluit super justos, & injustos; atque ut aliqui magis particulare addamus; nos licet rebelles patitur, neque satis est nos pati, prævertit etiam, neque illi satis adhuc est, si prævertit, nos etiam tunc præstatur, cum majori nequitia a nobis contemnitur; denique postquam diu fuerit præstolatus, eo nos recipit momento, quo secum in gratiam redire volumus. Præclara sane præcepta! Præcepta personalia, quoniam hæc omnia nobismetipsis accidunt; præcepta, ut ita dicam, quotidiana, & semper præsentia! His sedulo studeamus, non solum ut intelligamus illa, verum etiam ut opere compleamus. Idem.

Quam delicati sunt homines, cum agitur, uter prior ad resarciendam gratiam primum movere lapidem debeat? si quis reconciliationi consensum præstat, nunquam vult cogi, ut prior inimicum conveniat, & alloquatur; quilibet rationes jactat suas, neque de jure suo cedere patitur. Quamnam agitantur consilia, ut conveniant, & colloquendi ratio neutri indulgentior inveniantur? Quærendus est locus indifferens, ac neuter; gressus omnes hinc inde mensurandi sunt, & voces omnes, quibus utrimque utendum, æqua lance ponderandæ, atque omnia diligentissime præcavenda, atque movenda. At Deus noster, licet maximus, licet Omni-

Humani respectus contemnedi, ut pat-

Injuriarum venia non Patria celestis Filios esse declarat.

BIBLIOTECA CENTRAL U.S.N.L.

Omnipotens, nonne e contra prior nos invitat, re- vocat, quærit? Idem.

Quid J. C. illa ex- probabit qui pace- re nolue- runt.

Eheu! quid respondetis, Fideles, cum Deus evocatis ad tribunal suum vobis dixerit, quod o- lim Evangelicus ille Paterfamilias; Serbe nequam omne debitum dimisi tibi, omnem pro te severitatem meam abieci: Nonne ergo oportuit & te misere- ri conserui tui? Nonne igitur & tu eadem erga fratrem tuum uti iudicialiter debueras? Loquere: quam afferes excusationem? Dignitatem fortasse, honorènem tuam? At quinam ego sum! qui tu? Ego tamen quamvis Deus, tibi pepercit. Numquid injuriæ magnitudinem? At num æque indigne accepit, æque injuste contemptus fuisti, ac ego a te ipso? ignovi tamen. Quid tu? Tuæ temet tradi- disti iracundiæ; nihil frenare potuit farorem tuum; sed timorem incipere conatus es, & profes- sione te nimis formidabilem effecisti; nulla inter- cessiones, nulla fati valida sollicitationes fuere, ut te ad lenitatem vocarent? Hanc igitur impos- sibilem sequar regulam, ubi de forte tua mihi erit iudicandum; eadem utar mensura; eam deseram, quam sequebar, ac tuam ipsam amplectar. Toties dixisti: Dimitte, sicut dimittimus; voti damnaberis, non ignovisti, ut ego; non ignoscam ut tu: nulla mihi erit amplius indulgentia, lenitas nulla, sed eadem, ac tu, severitate utar, ut ex te ratio- nem exigam, atque omnia reposcam; nulla ampli- us erit pro illo venia, apud quem nulla fuit venia. Sic Pater Cælestis faciet vobis. Nos hæc atten- tos efficiant minæ, quippe hæctenus pro nobis mi- næ sunt: eorum prævariatum effectus, & admira- tur, ut aliquando vere, & sancta cum severitate possimus dicere Deo: Fac, Domine, quod feci; dimisi, dimitte. Idem.

Perpendite diligenter causas, unde odium proficiscitur, inanes esse plerumque, fugiles, ac pue- riles; vox aliqua, repulsa, non præstitum obsequium, & aliquid etiam fortasse minus his. Si duo simul accerferentur inimici, atque ex illis simul- tatis cause quærentur, hi plerumque adlabora- rent, ut aliquam fati æquam causam afferrent. Nihilominus, quot obsecrationes, quot calumnia, quot fida hinc inde relationes; quot intentatæ minæ, quot damna ultro citroque illata! quam inundationem late peperit fons adeo exiguus, & hic quo vos non abripit? ... Adhuc tempus est illius coercendæ, odium ex animo prorsus abijce- re, ex sancto hoc loco pedem non efferte, nisi prius illud penitus extinxeritis; de vobismetipsis eam repointate victoriam cum nullo dividendam, & tanto minus vanitatis nomine suspectam, quod illi Deus unus testis accedet. Sermo Manuscriptus P. Francisci Cavrenæ.

Non minus extrinseca refaricæ gratiæ tenemur indicia præbere, quam intus ex corde ignoscere; sed audeo dicere, hoc in dubium vocari consuevit: inter eos enim, qui cum scandalo fervant ini- micitias, major est refaricandæ gratiæ difficultas, quam ignoscendi. Ita loquuntur hi, qui obstinato animo lovent odio; Ego, inquit, non odi, nul- lam intus in animo simultatem gero; si exterior habitus oris, ac gestus haud ita lenes videntur, saltem cor omni culpa vacat; totius iracundiæ meæ sacrificium obtuli Domino, hic ad aram ipsius il- lud instauro. Verum cum hujusmodi homines hor- tamur, urgemusque, ut reconciliationem æque pu- blicam faciant, ac eorum dissidia cum scandalo fuere conjuncta; tunc omnem naturæ suæ revocant superbiam, ac inanes peccatorum suorum excusa- tiones inquirunt. Idem.

Videamus utrum Dei Filius præceptum recon- ciliationis solis animi sensibus circumscriptis, an exteriori etiam quamdam speciem quæriverit. Ita ille ait: Vade reconciliare fratri tuo. Vade: Jam hoc non est amplius præceptum, quod in so- lorde terminetur; sed aliquid etiam ulterius a- gendum est. Nec satis; descendit etiam ad pecu- liari loci, temporisque circumstantias; temporis quidem, cum frater aliquis nobis iustam fovendæ similitudinem occasionem acceperit: loci vero; ara enim relinquenda, sacrificium intermittendum, ubi irritatus animus leniendus est: Relinque munus tuum ante altare. Quasi diceret Dominus: licet Sanctuarium, ubi offeris munus tuum, locus sacer sit, & cultus meæ sanctitatis devotus; licet ad a- ram meam offerendum sit odii holocaustum, cor- dis tamen sacrificium mihi non sufficit. Abi, re- linque & munus, & Sanctuarium, fer oculos pacis fratri tuo, antequam transieris os ad men-

fam meam asseras; neque accedas ad me, nisi prius accesseris ad fratrem tuum: Relinque munus tuum. Præceptum igitur constans est, at nihilo minus iustum est. Idem.

Utrique, auditores, Christi Lex imperfecta fuisse, nisi exteriori, publicamque reconciliationem præcepisset. Namque in præceptis, quorum im- mediatum obiectum est Deus, cor sufficit, & ex- terni actus inutiles sunt. To a me amari jubes Domine; tu amorem meum in intimis etiam cor- dis mei latebris intueris: satis est hic amor, ut dignus fiam & justificatione, & dilectione tua. Sed in his præceptis, que ad proximum referuntur, cor unum non sufficit, sed manus etiam re- quiruntur. Deus, qui ad societatem nos effinxit, charitatis præcepta proposuit, que ejusdem societa- tis utilitati prodest. Quid autem mea referet, urrum fratris mei cor odio vacet, si ille mihi ur- banæ vitæ officia, solatia, opem, & consuetudi- nem negat? Quodnam monstrum in Republica est videre filium a patre, uxorem a viro, fratrem a fratre, a civem civem dissidentem? Oportet igitur præcipere, ut eo modo quo secesserant, iterum mutuo in unum redirent. Idem.

Numquid aliquid est, quod melius conferre pos- sit Mundi totius felicitati, quam sedula legis adeo sanctæ observatio, qua injurias dimittit, & inimi- cos amare jubetur? Si ille, qui odii obiectum est, quem injuste, atque indigne persequimur, diligit persequentes; si de nobis meliore ore loquitur, si nobis benefacere gessit; aliquidne magis idoneum excogitari potest, quod prohibeat, ne vulneretur istibus inimicorum, quod omnes evellat inimici- tias, omnem ultionis libidinem, ac tumultus, quæ natura in eorum corde excitare possit, ibique pa- cem tueri, quam felix hæc insensibilis? Quid aptius fingi, vel potentius potest ad inimici iram sedandam, vehementem affectus perturbationem, quo agitur, leniendam, a ferocem peracundiam, tunc etiam cum ad extremum usque illius evaserit iracundia, quam suavitas illa, qua excipitur, quam charitas, quæ illi pro illatis contumeliis retribuitur? Hoc facere est aquam super ardentem materiam effundere, ignitque carbonem super inimici caput congerere. Ita inimicus homo videtur ea bonitate, quæ erga ipsum adhibetur, omnem, qua tumebat, dissipat iracundiam. Abbas Trappensis in Moralibus Considerationibus in Evangelium Sancti Matthæi.

SUPPLEMENTUM.

Injurie, & Injuriarum Venia.

EX quo injurias vobis illatas, propter Dei amo- rem dimiseritis, jam certè estote a vobis amati Deum. Nescio utrum sententiam hanc meam assequamini; hæc vera est, nulli obnoxia dubita- tioni; & pro anima, quæ potest adhuc aliquos reli- gionis sensus fovere, nihil video quod illam ma- jori assensu valeat consolatio. Rem apertius ex- plicemus. Possitima consolatio, qua frui possim in terris, hæc est, credere posse non sine ea certitudi- ne, qua nulla major haberi potest in terra, a me Deum amari; eumque amari non eo amore, qui suspicione non caret, & in mera tantum spe- cie subsistat, sed vero, & reali. Nam quantum certus sum amoris erga illum mei, tantum certus sum amoris illius erga me. Ex omnibus autem ar- gumentis, quæ hæc de re cupere valeam, nullum est minus ambiguum, magisque tutum, quam ini- mico parere: cur? quia nonnisi Dei amor, & purissimus amor me ad hæc veniam impellere po- test. Neque enim hoc suadet natura quæ immo ex diametro adversatur, neque munus est auctor, mundus enim proferat oppositos fovet sensus; unde sequitur Deum unam esse hujus rei causam, unum Dei amorem ejusdem esse principium; & cum dicimus Deo; ego te diligo Domine, & in hujus dilectionis meæ testimonium bona fide dimitto in- juriam hanc, qua affectus fui; ita loquendo sum immunis ab omni illusione. P. Bourdaloue in Do- minicis.

Superba ignorantia, & extrema imbecillitas men- tis radices sunt, unde existit honoris summa, quæ inflamat ultionis desiderium in mundano corde, & quæ efficit, ut Salvatoris nostri dogmata de in- juriarum venia rejiciat. Et profecto quamvis est superbia præferere, re melius ipso JESU CHRIS- TO dignofcere, quam in re vera posita sit ho-

Perfeda Legi I. & exteriorum possit re- concilia- tionem.

Operandi gratia non deest, nisi quia ipsi non uti- mur gratia præcandi, quæ vobis non deest.

Ex corde parere inimicus certum est argumen- tum, Deum a vobis amari.

Nullam testari in- dignationem in il- los, qui non læce- runt, hæc est illor- costandæ- re, immo etiam lu- ciani. ad Rom. 12. Ibidem.

Arbitrari curpem esse iniuriam veniæ ignorantia est, & im- becillitas mentis.

hominis gloria? Quam cæcitas est, putare turpe esse Deo sacrificare ultionem injuriæ, in quo ne- mo sapiens, & ab omni cupiditate vacuus facere nequit; quominus veram animi magnitudinem de- prehendant? Sed quomodocumque iudicium suum regit in re hæc mundi factator? Sequitur videlicet iudicia aliorum hominum, qui æque ac ille, cæci sunt, corrupti, cupidique; verbo, Mundi sequi- tur iudicium. Mundus igitur adeo parum perspi- cax, adeo plenus erroribus, ita ad arbitrium suum vestra regit iudicia? Putatis turpam esse injuria- rum veniam hæc potissimum de causa, quia hoc mundus putat? Leve lucrum, hilum, nihilum, verbum, gestus vobis æquissime videntur causa odio habendi fratrem vestrum, illum etiam per- dendi cum anima vestra periculo; quia ita Mundus putat? Vera mentis imbecillitas, sed imbe- cillitas nequaquam criminis vacua post ea, quæ JESUS CHRISTUS operatus est, ut nos illumina- ret. Noluerunt credere veritati, S. Paulus ait, quæ JESU CHRISTI doctrina est, & secuti sunt iniquitatem que est mundi doctrina. Pars illor- um erit Dei indignatio. Pater Segneri in Medita- tionibus.

Fieri nequit, dicitis, exempli gratia, ut sincere amicum vestrum diligatis, & bona fide dimittatis injuriam, qua sustitis affecti; & cumque vobis per- suasum sit, id fieri nequaquam posse, excusare contenditis omnes odii, & ultionis sensus, quos corde fovetis. Ita infelix Mundi Spiritus, qui spi- ritus est infidelitatis, vos excæcat. Sed audite S. Augustini verba sermone huic longe opposita: vel potius totam audite Ecclesiam in novissimo Con- cilio congregatam, S. Augustini verbis utentem. Falleris, frater mi; laudatus Doctor ait a Concilio citatus, falleris. Deus, qui Legislatorum omnium optimus est, ac sapientissimus, præcipiens ut dili- gas inimicum tuum, nihil præcipit, quod fieri non possit: sed per hoc adorabile præceptum te admo- net ut id facias, quod potes, & petas, quod mi- nimè potes, & ipse tibi fert opem, ut possis. Deus impossibilita non jubet, sed jubendo monet, & ad- jurat quod possis, & petere quod non possis, & ad- jurat ut possis. En tibi duobus verbis, vel erroris tui confutatio, vel licentia tua probatio. Nondum sentis temerè omnipotenti ea gratia præventum, quæ charitatem erga inimicos inspirat, & hæc ti- bi deest gratia; jam video. Sed aliam habes gra- tiam; quæ tibi nunquam deest, gratiam aliam, quæ hujus locum tenet, & cum qua non tibi lice- re de illius defectu conquiri. Quamvis vero hæc est altera gratia? prima quam Deus in manibus tuis posuit tanquam instrumentum, cum quo potes om- nia, & quo uti ab uno te pendet, ut tibi pro- merearis gratiam heroice charitatis, & amoris ini- micorum, quem non habes. Parcere non potes, sed orare potes, & potestas orandi tibi est certum pignus, & artha, ut cognoscas, te parcere posse. Sufficit enim, ut altererum possis, vel potius, ut alterum pro altero possis; & ex eo momento, quo alterutra harum potestatum tibi concessa est, iam possibilibus tibi est venia injuriarum. Post JESU CHRISTI promissionem alterutra tibi certa est, tibi que comparata, alioquin S. Augustinus non di- xisset tibi, & facere quod possis, & petere quod non possis; alioquin extra potentiam tuam esset tam petere, quam facere. Non deest igitur opus est tibi gratia efficiendi, nisi quia non uteris gra- tia petendi, & orandi. Hæc est, optatissime Au- ditor, ars quam te doceo, & quæ perfecte illustrat Theologiam Patrum Ecclesie, cum hoc in argu- mento aliquas profertur propositiones, quæ duri- sentia quidem videntur, sed quæ admirabilem in- ter se habent connexionem. P. Bourdaloue in Do- minicis.

Maxima rabies, quæ ultorem animum afflictare valeat, est putare contumeliam a se illatam vel contemptam fuisse, vel in intellectam quidem. Hic autem patientiæ, & dissimulationis effectus est. Sed præstantior adhuc victoria, & quæ magis adhuc inimicum valeat confundere, est, patientie adde- re beneficiæ, & vincere, ut ait S. Paulus, in bo- no malum: Vincere in bono malum. Hoc pacto, in- quit ille, carbonis ignis congeres super caput istius; hoc est, faciem ejus rubore suffundens; facies, ut erubescat, quasi esset in igne; efficies, ut hac flamma gelu, & frigus cordis ejus liquefaciat. Quod enim cor facis durum, ut sustinere possit odium suum contra inopinata beneficiæ; cum nos ab illis profectos videmus, quos perdere volueramus; in Houdry Bibl. Tom. I.

honore habitos, & laudibus cummulatos ab illis, quos affectibus contumelia! Nullum fel est, quod non mitefcat illecebris actionis adeo generose. Hinc autem duplex tibi cedit utilitas non solum quod inimicum tuum confudisti, verum etiam quod illum lucratus es, & obtinisti, ut licet in- virtus sese magnanimitati tuæ omnia debere confi- teretur. Ita Saul cognita virtute David ita com- motus fuit, ut lacrymis non abstinerit; cum Princeps hic ab illo ad necem conquisitus bis na- ctus est occasionem sese ab ejus odio liberandi, cruentas illi manus injiciens; sed non aliter ultus est quam se ad pedes Regis prosteruens. Fili mi David, exclamavit Saul, iustus tu es, quam ego. Elogium hoc ex ipsius inimici corde extortum non- ne Davidi suavius, & gloriosius est, quam san- guis, quem cruento partitido fundere poterat? Pater de la Rue in Quadragesima.

Potuit Deus legem ferre, ut homines ad illatas sibi injurias dimittendas cogeret, quia cum fit su- premus rerum omnium Dominus, regere potuit nostra iura, sibi que uni reservare auctoritatem ju- dicandi de iis, quæ ad nos pertinent. Omnes ex æquo illius creaturæ sumus, & mancipia; & læ- dentes, & læsi non aliud inire debent consilium, quam quod Deo placet illis præscribere. Debit Deus legem rogare, ut fideles omnes inimicis suis parcere tenerentur. Quoniam ille hæc legem tu- lit, diceret quodam in sensu ipsum hanc ferre du- buisse. Cæterum autem, cum malum, quod fra- tribus inferitur, seungi nequeat ab injuria, que fit Deo, ac præcipuum enormitatem suam ab hac in- juria deumat: Deus unus metiri debet ultionem repositandam. Nos satis agnoscere non possumus vel nequitiam noxæ, qua læsi fuimus, neque re- ne, quam meretur, qualitatem. Ergo Dei unius erat alterum ex altera metiri; commane quippe bonum requirebat, ut neque aliquis læderetur, ne- que læsus impune ultionem suam periretetur. Salvator igitur legem hanc irrogavit, & per hanc Christianam a reliquis Religionibus distinxit; qua- propter Tertullianus ait: Amicos diligere, omnium est; inimicos, solum Christianorum. Pater la Peste.

Cum Legem suam Deus Judæis tradidit, legem eidem proposuit hæc terribilia, & minacia verba, S. Chrysostomus inquit; Audi, Israel; Ego sum Dominus, & Deus tuus. Sed JESUS CHRISTUS dilectionis inimicorum legem instituit, vel potius majorem illi tribuens extensionem, quam antea, his utitur verbis bonitate, atque misericordia re- fertissimus: Ego autem dico vobis. Illos diligit, ego hoc vobis dico, hoc ipse flagito, qui sum læ- sator vester, atque Redemptor; ego, qui precis contumelias quibus me affectis, blasphemias, atro- citibusque injuriis, quibus me decoratis, majorem erga vos fovet bonitatem, quam vos in me nequitiam, & ingrati animi vitium, ego hoc dico vobis, ego a vobis hoc peto: facite pro illis, quod ipse feci pro vobis. Numquid gloria vestra vobis magis erit cura, quam mea mihi fuerit? Num mi- nus mihi irascendum erat ob illatas injurias, quam vobis ob illas, quibus affecti fuistis? Dictionarium Morale.

Christianus ipsos quoque inimicos diligere de- bet. Hoc ad nostram doctrinam fecit Salvator, cum pro suis inimicis oravit. Poterat ne longius procedere charitas ejus, quam pariendo impiis, qui crudeliter illum persequuntur, & non par- cendo solum, verum etiam illos excusando, illos iudici eorum commendando, atque apud eundem contendendo, ut hanc pro illis gratiam obtineret? Quis unquam tantum bonitatis audire excelsium? Homo in cruce moriens, homo Deus, cuius vul- nera sunt adhuc recentia, dolores vero acutissimi, sui ipsius obliviscitur, & de illorum salute sollicitus est, a quibus sibi eripitur vita, & quæ ab eorum capibus avertere fulmen imminens, cum interim ipso inspeclante, & ad pedes crucis ipsius, sibi illius vestimenta partuntur: & post læte exem- plum invenientur Christiani ultionem ispirantes, & qui nequeant adhuc consilium inire suis præcandi inimicis? Bellarminus in opusculis.

Injurias dimittere, & parcere inimicis præceptum est, auditores, omnibus divinis legibus prolatum, & æque vetus ac vera religio in lege natura, in lege scripta, in lege gratiæ. Hic inimicorum amor ineluctabilis fuit necessitatis; & cum Judæis dice- batur, Diliges proximum tuum, & odio habebis inimicum tuum; non Deus hoc illis dicebat, ut S. Augustinus animadvertit, sed qui perperam Dei

Viadida ad usum potius Deum, potius ad usum nem.

Quibus verbis im- petret Deus, ut inimi- cus ame- nus.

Matth. 5.

JESUS CHRIS- TUS suo nos docet exemplo parcere inimicis.

Quoriam tempore injuriæ dimittendæ fuerunt & inimicus diligendus.

BIBLIOTECA CENTRAL U.A.N.L.